ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,38.

(pg.105)ds ergo mortuorum non est sed uiuorum·omnes enim uiuent ei-

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,38.

(pg.613)ds autem mortuorum non est sed uiuorum omnes en.. iiii
uiuunt.

ITALA Cod /(Rettig,1836) Luc.20,38.

(pg.291)ds̄ h· n̄ + mortuor̄ sed uiuor̄ om̄s enim ei uiuunt

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,38.

(pg.277)ds aute non est mortuoru sed uiuoru omnes enim uiuunt ei

ITALA Cod. ~~gat~~. (Heer, 1910) Luc. 20, 38.

(pg. 134) ds h·non ÷ mortuoru sedui uoru omnes ~~ii~~ uiunt (sic)
ei

16.

ITALA AMB.exc.Sat.2.(Migne,1880) Luc.20,38.

95(pg.1400D)Deus enim mortuorum non est,sed viventium.

- ITALA I. AMB.par 9,45.(C.Schenkl,1896) Marc.12,27. & Luc.20,38.

(pg.303,5) deus mortuorum non est,sed uiuorum.

ITALA ANON.Orig.Matth.17.(Migne,1862) PG.13. 22,32.
Marc.12,27.
Luc.20,38.

36(pg.1599&1600)Non est Deus mortuorum,sed vivorum.Omnes enim ei vivunt.

ITALA AVG.adv.leg.2.(Migne,1842) 8. Luc.20,38.

5,18.(pg.649)Omnes enim illi vivunt:

ITALA AVG.Faust.16.(Zycha,1891) Matth.22,31.32.
Luc.20,37.38.

24.(pg.468,3)de resurrectione autem mortuorum non legistis,quid deus locutus sit de rubo ad Moysen;ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob? non est mortuorum,sed uiuorum;omnes enim illi uiuunt.

1

ITALA

AVG.ps.77.(Migne,1841) 4,1.

Luc.20,38.

11(pg.992)Omnes enim illi vivunt?

5,2.

ITALA AVG.serm.362.(Migne,1842) Matth.22,31.32.
Luc.20,37.38.

15,18(pg.1623) De resurrectione(-)non legistis,quomodo locutus sit Dominus ad Moysen de rubo,dicens:Ego sum Deus Abraham,Deus Isaac,et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum,sed vivorum.

PS-AU s Cai 1,62,6 Lc 20,38

(81b) quia non est Deus mortuorum, sed vivorum.

CON-AP Lc 20,38

(32b,10) / non ut mortuorum sed ut viventium deus es, quod omnium animae aput te vivunt,

I.

ITALA CYPRIAN, test.3,32.(Hartel,1868) Luc.20,38.

(pg.145,4) Deus non est mortuorum sed uiuorum.omnes enim illi uiuunt.

non est deus MBv

3,2.

ITALA AVG. tract. 49. Ioh. (Migne, 1842) Matth. 22, 32.
Luc. 20, 37. 38.

15 (pg. 1753) Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed vivorum: omnes enim illi vivunt.

FIR con 3,9 Lc 2o,38

(114,34) Non est utique Deus mortuorum , sed vivorum.

65.

ITALA FULG.R.trin.(Migne,1893) Luc.20,38.

13.(pg.508C)Non est Deus mortuorum,sed vivorum.Omnia enim vivunt ei.

GAU s 21,3 Lc 2o,38

(185,9) Omnes enim illi vivunt

ITALA HIER.comm.(Morin,1895) Marc.12,27.
Luc.20,38.

(pg.15,20)quia non est Deus mortuorum,sed vivorum.

ITALA

PG.13.
HIER.Orig.Ier.(Migne,1862)
hom.9.

Luc.20,38.

3(pg.354A)Deus autem non est mortuorum,sed vivorum.

ITALA HIER.tract.ps.(Morin,1897) Luc.20,38.

(pg.277,1)Deus viventium,et non mortuorum.

30.

ITALA AMBR.Hom.(Migne,1865) Luc.20,38.

5(pg.694A)Omnes enim illi vivunt.

ITALA NOVATIAN, trin. (Fausset, 1909) Luc. 20, 38.

25. (pg. 93, 15) omnes enim (-) uiuunt deo.

ORI Mt 17,36 Lc 20,38

(703,8) non est deus mortuorum, sed vivorum; omnes enim ei vivunt,

"Lucas autem hoc addidit amplius dicens:"

ITALA PACIAN, bapt. (Peyrot, 1896) Luc. 20,38.

6. (pg. 139, 9) omnes autem illi uiuunt, deus enim uiuorum est, non mortuorum.

PEL Rm 5,12 ap MAR-M in CO 1,5 Lc 20,38

(67,19) hi omnes uiuunt.

PEL Rm 5,12 Lc 20,38

de quibus dicit dominus:

(45,18) omnes enim illi uiuunt.

om. B

ITALA PRISCILL.tract.2,45.(Schepss,1889) Luc.20,38.

(pg.37,16)non est deus mortuorum,sed uiuentium;omnes enim illi uiuunt.

vgl.Matth.22,32.

Baehrens, 1920 CB
PG.12.

ITALA RUFIN-Orig.gen.(Migne,1862) Luc.20,38.
hom.11.

p 104,20
3(pg.223C)Deus autem non est mortuorum,sed vivorum.Omnes enim
illi vivunt?

vgl.Marc.12,27.

67.

ITALA RUSTICUS, aceph. (Migne, 1848) Luc. 20, 38.

(pg. 1240A) omnes enim vivunt illi.

(pg. 1240A) wiederholt: Omnes enim vivunt ei.

S-Gr A 102

(209) Deus qui omnia uiuunt.
(212) deum cui omnia uiuunt

Lc 20,38 cf Mt 22,32

VULGATA HETZENAUER,1906. Luc. 20,39.

(pg.973) Respondentes autem quidam Scribarum,dixerunt ei:Magister,bene dixisti.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20,39.

(pg.104) Respondentes autem quidam de Scribis,dixerunt:Magister, bene dixisti.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc.20,39.

(pg.99) Et respondentes quidam scribarum dixerunt Magister,bene dixisti.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,39.

(pg.245)respondens autem quidam de sscribis dixerunt magister bene dixisti

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,39.

(pg.82)Responderunt autem quidam de scribis et dixerunt bene dixisti.

ITALA Cod. f(W-W., 1889/98) Luc. 20, 39.

(pg. 450) respondentes autem quidam scribarum. dixerunt. magister bene dixisti.

ITALA Cod. ff² (Belsheim, 1887) Luc. 20, 39.

(pg. 94) Respondentes autem quidam scribarum dixerunt magister bene dixisti.

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.20,39.

(pg.30)Respondens autem quidam. Scribarum dixit magister bene dixisti

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,39.

(pg.233) Respondentes autem quidam scribarum dixerunt Magister. bene dixisti.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,39.

(pg.105)Respondens autem quidam scribarum aiunt illi·magister bene dixisti·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,39.

(pg.613)respondentes autem qu.dam farisaeorum dixerunt magister bene dixisti

ITALA Cod. γ (Belsheim, 1879) Luc. 20, 39.

(pg. 118) vg: dixerunt magister; γ : dixit mag. c. i.

ITALA Cod. / (Rettig, 1836) Luc. 20, 39.

(pg. 291) respondentes h· quidā scribarum·dixerunt magistᵉ bene-
dixisti .

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,39.

(pg.277)Respondens aute qvidam scribaru dixit magister bene dixisti

ITALA | Cod.gat.(Heer,1910) | Luc.20,39.

(pg.134)respondentes h'quida scribaru dixerunt magister benedixisti...

ITALA III. TERTVLL. Marc. 4, 38. (Kroymann, 1906) Luc. 20, 39.

(pg. 551, 19) magister (-) bene dixisti.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,40.

(pg.973) Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.

ITALA Cod. a (Belsheim, 1894) Luc. 20,40.

(pg.104) Nec amplius audebant interrogare eum quicquam.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,40.

(pg.99) Et amplius non sunt ausi eum quicquam interrogare.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,40.

(pg.245)amplius autem non fuerunt ausi interrogare eu nihil

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,40.

(pg.82)et iam non audebant interrogare illum quicquam.

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.20,40.

(pg.450) et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

ITALA Cod. ff^2 (Belsheim, 1887) Luc. 20, 40.

(pg. 94) et amplius non sunt ausi eum quicquam interrogare.

ITALA Cod.i (Belsheim,1885) Luc.20,40.

(pg.31) et amplius non sunt ausi eum quicquam interrogare.

ITALA Cod.1 (Haase,1865) Luc.20,40.

(pg.233) Et amplius non sunt ausi eum quidquam interrogare.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,40.

(pg.105)Et amplius non sunt ausi eum quidquam interrogare..

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,40.

(pg.613)et amplius non sunt ausi ... quicquam interrogare eum.

ITALA Cod ∫ (Rettig,1836) Luc.20,40.

(pg.291)n̄ amplius h· audebant Ītrogare eum quicquā

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,40.

(pg.277)Et amplius non audebant eu quicqua interrogare

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.20,40.

(pg.134)&amplius nonaudebant eu interrogare quicqua...

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,41.

(pg.973) Dixit autem ad illos:Quomodo dicunt Christum, filium
esse Dauid?

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20,41.

(pg.104) Dixit autem ad eos:Quomodo dicunt.Christum filium David esse.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,41.

(pg.99) Dixit autem ad illos Iesus Quomodo dicunt Christum filium David esse?

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,41.

(pg.245)dixit autem ad eos quo modo dicunt xpm filium dauid·

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,41.

(pg.82)Dixit autem ad illos quid uobis uidetur de xpo cuius filius est dicunt illi dauid.

ITALA. Cod.f(W-W., 1889/98) Luc.20,41.

(pg.450) dixit autem ad illos iesus. quomodo dicunt christum filium dauid esse

ITALA Cod. ff^{2} (Belsheim, 1887) Luc. 20, 41.

(pg. 94) Dixit autem ad illos ihs quomodo dicu xpm filium dauid esse.

ITALA Cod.i (Belsheim,1885) Luc.20,41.

(pg.31) dixit autem ad illos ihs·quomo(↓) dicunt XPM.filium
dauid esse

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,41.

(pg.233) Dixit autem ad illos ihs.Quomodo dicunt XRm·filium dad esse·

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,41.

(pg.105)Dixit autem ad illos quomodo dicunt xpm filium dauid
esse·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,41.

dicunt

(pg.613)dixit autem ad eos quomodo xpm filium dauid esse

ITALA Cod. ƒ (Rettig, 1836) Luc. 20, 41. in.

(pg. 291) de dnī intrrogatione

ITALA Cod /(Rettig,1836) Luc.20,41.

(pg.291)dx̄ h· ad illos qm̄o dicunt xp̄m filiū dd esse

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,41.

(pg.277)Dixit aute ad illos quomodo dicunt xpm filium dauid esse

ITALA Cod.gat.(Hoer,1910) Luc.20,41.

(pg.134)Dixit h'adillos quomodo dicunt xpm esse filiu dauid

ITALA AVG.cons.ev.quaest.2.(Weihrich,1904) Marc.12,35.
Luc.20,41.

74.(pg.74,1)quomodo dicunt scribae Christum filium esse Dauid?

ITALA AVG.cons.ev.2.(Weihrich,1904) Marc.12,35.
Luc.20,41.

74,143.(pg.246,26)quomodo dicitis,

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,42.

(pg.973) & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis,

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20,42.

(pg.104) Et ipse David dicit in libro Salmorum:Dicit Dominus Domino meo,sede ad dexteram meam.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,42.

(pg.99) et ipse David dicit in libro psalmorum Dicit dominus domino meo Sede a dextris meis

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,42.

(pg.245)et ipse dauid dicit in libro psalmorum dicit dms dmo
meo sede a dexteram meam

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,42

(pg.82)Dixit autem ad illos quomodo dauid dicit in libro psalmorum dixit dns dno meo sede ad dexteram meam

ITALA Cod. f(W-W., 1889/98) Luc. 20,42.

(pg. 450) et ipse dauid dicit in libro psalmorum. dixit dominus domino meo. sede a dextris meis

ITALA Cod.ff²(Belsheim,1887) Luc.20,42.

(pg.94)Et ipse dauid dixit in libro psalmorum.Dicit dms dmo
meo sede a dextris meis

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.20,42.

(pg.31)et ipse dauid dixit in libro psalmorum·dixit dms.dmo.
meo sede ad dextris meis·

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,42.

(pg.233) Ipse enim dad dixit in libro psalmorum Dixit dns dno meo sede a dextris.meis·

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,42.

(pg.105)Et ipse dauid dicit in libro psal morum·Dixit dns dno
meo sede ad dextris meis

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,42.

(pg.613)et ipse dauid dicit in libro psalmorum dixit dns dno
meo sede ad dextris meis

ITALA Cod. ʃ (Rettig, 1836) Luc. 20, 42.

(pg. 291) & ipse dd d͞r in libro psalmo͞r dixit d͞ns d͞no meo sede
a t ex dextris meis

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,42.

(pg.277)et ipse dauid dicit in libro psalmoru dixit dns dno meo sede a dextris meis

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.20,42.

(pg.134)&ipso dauid dicit inlibro psalmoru Dixit dns dno meo
sede adextriis meis

ITALA IIII. AMB.Luc.10,1.(C.Schenkl,1902) Luc.20,42.

(pg.454 4)Dixit dominus domino meo.

HETZENAUER,1906. Luc. 20,43.

VULGATA

(PS.973) donec ponam inimicos tuos,scabellum pedum tuorum?

ITALA IIII. AMB.Luc.10,1.(C.Schenkl,1902) Luc.20,42.

(pg.454 4)Dixit dominus domino meo.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,43.

(pg.973) donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum?

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20,43.

(pg.104) donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,43.

(pg.99) donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis?

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,43.

(pg.245)usque dum ponam inimicos tuos sub pedibus tuis

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,43.

(pg.82)quoadusque ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.

ITALA Cod. f(W-W., 1889/98) Luc. 20,43.

(pg. 450) donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum

ITALA Cod. ff² (Belsheim, 1887) Luc. 20,43.

(pg. 94) donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.20,43.

(pg.31)donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis·

ITALA Cod.I(Haase,1865) Luc.20,43.

(pg.233)donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,43.

(pg.105)donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.

ITALA Cod. r(Abbott, 1884) Luc. 20, 43.

(pg. 613) donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.

ITALA Cod. ℓ (Rettig, 1836) Luc. 20, 43.

(pg. 291) donec ponā inimicos tuos suppedaniū t scabellū pedū tuor̄

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,43.

(pg.277)donec pona inimicos tuos scabillu pedum tuorum

ITALA   Cod.gat.(Heer,1910)   Luc.20,43.

(pg.134)donec ponam inimicos tuos scabellu pedu tuorum

20.

ITALA PAVL.MED.ben.3.(Migne,1845) psalm.109,1.
Matth.22,44.
Luc.20,43.

2.(pg.4 721A) Sede a dextris meis,donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,44.

(pg.973) Dauid ergo Dominum illum vocat:& quomodo filius eius est?

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20.44.

(pg.104) David,Dominum illum vocat:et quomodo Filius illius est?

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,44.

(pg.99) Si David dominum illum vocat.quomodo filius eius est?

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,44.

(pg.245)dauid dom illum uocat quo modo filius illius est·

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,44.

(pg.82)si dauid dnm illum uocat quomodo filius eius est.

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.20,44.

(pg.450) dauid ergo eum dominum uocat et quomodo filius eius est.

ITALA Cod. ff² (Belsheim, 1887) Luc. 20, 44.

(pg. 94) Si dauid in spu dom illum uocat quomodo filius eius est.

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.20,44.

(pg.31)dauid dom.illum uocat quomodo filius eius est·

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,44.

(pg.234) dad enim in spu dnm illum uocat quomodo filius eius est.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,44.

(pg.105)si ergo dauid dnm illum uocat quomodo ergo filius
eius est·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,44.

(pg.613)dauid ergo dnm illum uocat et quomodo filius es.

ITALA Cod. ρ (Rettig, 1836) Luc. 20, 44.

(pg. 291) dd ergo dnm̄ suū t illū uocat & qmō filius eius est

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,44.

(pg.277)dauid ergo dnm illu uocat et quomodo filius eius est

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.20,44.

(pg.134)dauid ergo dnm illu uocat &quomodo filius eius est...

ITALA II. AMB.Dav.2.(C.Schenkl,1897) Luc.20,44.

4,26.(pg.374,10)si Dauid (-) dominum illum uocat,quomodo filius eius est?

ITALA III. TERTVLL.Marc.4,38. (Kroymann,1906) Luc.20,44.

(pg.551,23)Si autem scribae Christum filium Dauid existimabant, ipse autem Dauid dominum eum appellat.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,45.

(pg.973) Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis:

ITALA Cod. a (Belsheim, 1894) Luc. 20,45.

(pg.104) Audiente autem omni populo, dixit ad discipulos suos:

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,45.

(pg.99) Audiente autem omni populo dixit Iesus ad discipulos suos.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,45.

(pg.245)audientes autem omni populo dixit ad discipulos

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,45.

(pg.82)Et cum audiret omnis populus dixit discipulis suis

ITALA Cod. f (W-W., 1889/98) Luc. 20,45.

(pg. 450) audiente autem omni populo dixit discipulis suis.

ITALA Cod. ff[2] (Belsheim, 1887) Luc. 20, 45.

(pg. 94) Audiente autem omni populo dixit ihs ad discipulos suos

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.20,45.

(pg.31)audiente omni populo dixit ad discipulos Suos

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,45.

(pg.234) Audiente autem omni populo dixit ad discipulos

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,45.

(pg.105)Audiente autem omni populo·Dixit discipulis suis·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.20,45.

(pg.613)audiente autem omni populo dixit .d discipulos suos

ITALA Cod. ℓ (Rettig, 1836) Luc. 20,45.

(pg. 291) audiente h· omni populo dixit discipulis eius t suis

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,45.

(pg.278)Audiente aute omni populo dixit discipulis suis

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.20,45.

(pg.134)Audiente h'omni populo dixit discipulis suis

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.20,45.

(pg.194,13) Audiente autem omni populo dixit discipulis suis:

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,46.

(pg.973) Attendite a Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs:

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20,46.

(pg.104) Cavete a Scribis,qui volunt ambulare in stolis,et amant salutationes in foro,et primos consessus in Synagogis,et primos discubitos in conviviis.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 20,46.

(pg.99) Attendite a scribis,qui volunt ambulare in stolis et amant salutaciones in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conviviis.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,46.

(pg.245)adtendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis et amantium salutationes in foro et primas cathe dras in synagogis et primos addubitos in cenis

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,46.

(pg.82)cauete ab scribis qui uolunt ambulare in stolis et aman salutationis in foro et praesidere in synagogis et superiores recumbere in cenis

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.20,46.

(pg.450) adtendite uobis ab scribis qui uolunt ambulare in stolis. et amant salutationes in foro. et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conuiuiis.

ITALA Cod. ff² (Belsheim, 1887) Luc. 20, 46.

(pg. 94) adtendite uobis a scribis qui uolunt ambulare in stolis
et amant salutationis(!) in foro et primas cathedras
in foro et primos discubitos in couiuiis

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.20,46.

(pg.31) attendite ab scribis qui uolunt ambulare in stolis
et amant salutationes in foro et primas cathedras
in synagogis et primos discubitus in conuiuiis.

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,46.

(pg.234)Adtendite a scribis.qui uolunt ambulare in stolis.et amant salutationes in foro.Et primas cathedras in synagogis.et primos discubitos.in conuiuiis.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,46.

(pg.105)adtendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis·
et amant salutationes in foro·Et primas cathedras
in synagogis·Et primos discubitos in conuiuiis·

ITALA Cod.r(Abbott.1884) Luc.20,46.

(pg.613)adtendite a scr.... qui uolunt ambulare in stolis et ..ant salutationes in foro et prim.. .... in conuiuiis

ITALA Cod.s(Ceriani,1861)
(White,1886)

Luc.20,46.

(pg.88).....uiis

ITALA Cod. γ (Belsheim, 1879) Luc. 20, 46.

(pg. 118) vg: discubitus; γ : accubitus.

ITALA Cod./ (Rettig,1836) Luc.20,46.

(pg.291)attendite a scribis uolentibus deambulare in stolis & amantibus salutationes in foro & primas cathedras in synagogis & ṗmos discubitos in cuiuiuiis t in cenis

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,46.

(pg.278)adtendite ab scribis qui uolunt ambulare in stolis et amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitos in conuiuiis

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.20,46.

(pg.134) adtendite ascribi[1] s quiuolunt ambulare instolis &amant salutationes inforo &primas cathedras insynagogiis &primos discubitus inconuiuis···

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.20,46.

(pg.194,14) adtendite ab scribis,qui uolunt ambulare in stolis et amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conuiuiis,

84.

ITALA CONC.Tolet.10.(Migne,1862) Luc.20,46.

7.(pg.446C)Cavete ab his,

75.

ITALA GREG.M.moral.8.(Migne,1902) Luc.20,46.
Matth.23,6.7.

47,80.(pg.850C) Amant primos discubitus in conviviis,et primas cathedras in synagogis,et salutationes in foro,et vocari ab hominibus rabbi?

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 20,47.

(pg.973) qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 20,47.

(pg.104) Qui comedunt domos viduarum,fingentes longam oratio-
nem.Hi accipient amplius paenae.

ITALA Cod.c. (Belsheim, 1888) Luc. 20,47.

(pg.100) qui fingentes longam oracionem: devorant panes viduarum; hi maiorem damnacionem accipient.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.20,47.

(pg.245)qui comedunt domos uiduarum occasione longa orantes
hi accipient amplius iudicium

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.20,47.

(pg.82)qui comedunt domus uiduarum et occansione longa adorantes ipsi accipient abuntius iudicium.

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.20,47.

(pg.450) qui deuorant domos uiduarum simulantes longam oratio-
nem propterea hi accipient maiorem damnationem.

ITALA Cod.ff² (Belsheim, 1887) Luc.20,47.

(pg.94) qui fingentes longa orationem et deuorant panes uiduarum hi accipient damnationem maiorem.

ITALA Cod.1 (Belsheim,1885) Luc.20,47.

(pg.31) qui fingentes longam orationem deuorant panes uiduarum hi accipient damnationem maiorem

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.20,47.

(pg.234) Qui fingentes.longam orationem.deuorant panes uiduarum Hi(c[i]) accipient damnationem maiorem.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.20,47.

(pg.105)qui excusatione longa orantes·deuprant domos uiduarum·
hi accipient damnationem maiorem··

ITALA   Cod.r(Abbott,1884)   Luc.20,47.

(pg.615)qui de.....t domos uiduarum occansion.. a adorantes
hii accipient damn...onem maiorem,

ITALA Cod.s(Ceriani,1861)
(White,1886) Luc.20,47.

(pg.88)qui deuorant domos uiduarum occasione longa orantes
hi accipient maiorem damnationem

ITALA Cod. A (Rettig, 1836) Luc. 20,47.

(pg.292) qui_deuorant domus uiduar̄ & simulantes longā orationē ..nō Ī infinĪ hi accipiant damnationē uerge maiorē

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.20,47.

(pg.278)Qui deuorant domos uiduaru simulantes longa orationem hii accipient damnatione maiore

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.20,47.

(pg.134)Quideuorant domus uiduaru simulantes longam oratione
hii accipient dampnationem maiorem

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.20,47.

(pg.194,16) qui deuorant domūs uiduarum simulantes longam orationem:hi accipient damnationem maiorem.

6

84.

ITALA CONC. Tolet. 10. (Migne, 1862) Luc. 20, 47.

7. (pg. 446C) qui devorant domus viduarum, simulantes longam orationem: hi accipient damnationem majorem.

ITALA II. HIER.ep.120.(Hilberg,1912) Luc.20,47.

11.(pg.510,20)qui deuorant domos uiduarum.

25.

ITALA HIER.Os.1.(Migne,1884) Luc.20,47.

4(pg.849B)devorent domus viduarum.

ORI ser 12

cf Mt 23,14
Mc 12,40
cf Lc 20,47

(22,27) qui comedunt uiduarum domos, occasione longa orantes et propterea accipient iudicium maius.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,1.

(pg.973) REspiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, diuites.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,1.

(pg.104) Respiciens autem Jesus,vidit mittentes dona in altario divites.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,1.

(pg.100) Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophilacio divites:

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,1.

(pg.245)aspiciens autem uidit qui mittebant in gazophylacium
munera sua diuites

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21,1.

(pg.82)Aspexit autem et uidit eos qui mittebant in gazophila-
cium dona sua diuites.

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.21,1.

(pg.450) Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites.

ITALA Cod.ff[2] (Belsheim, 1887) Luc. 21, 1.

(pg. 95) Respiciens autem ihs uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites.

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.21,1.

(pg.31)Respiciens autem uidit eos·qui mittebant munera sua,
in gazophylacium diuites

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.21,1.

(pg.234)Respiciens autem uidit·eos qui mittebant·munera sua in gazofilaci(o um) diuites.

ITALA Cod.m(Belsheim,1899) Luc.21,1.

(pg.15)Intendens autem iesus vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21,1.

(pg.105)Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera in gazofilacium ipsorum diuites

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,1.

(pg.615)respiciens autem uidit mittentes dona sua in gazofila-
.ium diuites.

ITALA Cod.s(Ceriani,1861) (White,1886) Luc.21,1.

(pg.88)Respiciens autem uidet eos qui mittebant in gazophila-
cium ipsorum diuites

ITALA Cod. A (Rettig. 1836) Luc. 21, 1. in.

(pg. 292) de duob; minutis

ITALA Cod. ρ (Rettig, 1836) Luc. 21,1.

(pg. 292) respiciens h· uidit mittentes munera sua t eoꝝ in gazaphylacium diuites

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,1.

(pg.278)Respiciens aute uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,1.

(pg.134) respiciens h'uidit eos qui mittebant munera sua ingazophylaciu diuites

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.21,1.

(pg.194,18) Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacio diuites:

ITALA PS.AVG.spec.24.(Weihrich,1887) Luc.21,1.

(pg.412,10) Intendens autem iesus,uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites.

ITALA PS.AVG.spec.82.(Weihrich,1887) Luc.21,1.

(pg.584,2) Intendens autem iesus uidit eos qui mittebant
munera sua in gazophylacio diuites.

ITALA EVGENIVS T. (Vollmer,1905) Luc.21,1.2.
TAIVS

(pg.290,15)ut hos libellos velut duo minuta in gazophylacio
templi domini conlocare

GR-T mir 1,96 Lc 21,1.

(553,20) euangelicae illi pauperculae similis, quae quondam duo minuta, cum nihil aliud haberet, in gazòphilatium devotae iactavit.

1-11-45 B.

22.

ITALA HIER.ep.145.(Migne,1864) Luc.21,2.1.

1(pg.1192)Vidua illa in Evangelio paupercula,quae duo minuta misit in Gazophylacium,cunctis praefertur divitibus quia totum quod habuit dedit.

83.

ITALA ISID. test. (Migne, 1862) app. 11. Luc. 21, 1-4.

10. (pg. 1206A) Intendens autem Jesus, videns eos qui mittebant munera sua in gazophylacio divites, vidit autem et quamdam viduam pauperem mittentem aeramina duo, dixit: Vere dico vobis quia vidua haec pauper plus omnibus misit, omnes enim hi ex abundantia miserunt in dona Dei; haec autem ex eo quod deest illi, omnem victum quem habuit, misit.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,2.

(pg.973) Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem aera minuta duo.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,2.

(pg.104) Vidit etiam quemdam viduam pauperculam,mittentem duos quadrantes.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,2.

(pg.100) et videt quandam viduam pauperculam mittentem aera minuta duo.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,2.

(pg.245)uidit autem et quandam uiduam pauperam mittentem duo minus quod est codrantes

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21,2.

(pg.82)Uidit autem et quendam uiduam pauperem mittentem duo aera minuta

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.21,2.

(pg.451) uidit autem et quandam uiduam pauperem mittentem ibi aera minuta duo.

ITALA Cod.ff² (Belsheim,1887) Luc.21,2.

(pg.95) Uidet autem et quandam uiduam pauperculam mittentem aera minutam duo.

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.21,2.

(pg.31)Et uidit quandam pauperculam mittentem aera minuta duo·

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.21,2.

(pg.234) Et uidet quendam uiduam pauper culam mittentem aera minuta duo·

ITALA Cod.m(Belsheim,1899) Luc.21,2.

(pg.15)vidit autem et quandam viduam pauperculam mittentem
aera minuta duo.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21,2.

(pg.105)Et uidit quendam uiduam pauper culam mittentem ibi
aera minuta duo·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,2.

1

(pg.615)et uidit quandam pa..erculam mittentem aera menuta duo,

ITALA Cod.s(Ceriani,1861) (White,1886) Luc.21,2.

(pg.88)uidit autem et quandam uiduam pauperem mittentem quadrantes duo

ITALA Cod./(Rettig,1836) Luc.21,2.

(pg.292)uidit h' quandā & uiduā paupculā mittentē ibi duo mi-
nuta

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,2.

(pg.278)uidit aute et quanda uidua pauperculam mittente aera minuta duo

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,2.

(pg.134)uidit h'quandam uidua pauperculam mittentem aenea mi-
nuta duo

AU s Mai 128,4 cf Lc 21,2

(373,7) Vidua, quae duo minuta attulit, quam exiguum habebat! et dominus eam videbat.

AU s Lam 1,1 cf. Lc 21,2

(1o2,44) quomodo et illa uidua de duobus minutis quae misit in gazophylacium. /

AU s Lam 5 Lc 21,2

(277,198) Illam uiduam recolite pauperem, quae ferebat duo minuta, et multa iactantibus in gazophylacium diuitibus, spectabant qui aderant et ea quae magna mittebantur adtendebant. Intrauit illa, misit duos minutos.

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.21,2.

(pg.194,19) uidit autem et quandam uiduam pauperculam mittentem aera minuta duo,

ITALA PS.AVG.spec.24.(Weihrich,1887) Luc.21,2.

(pg.412,11) uidit autem et quandam uiduam pauperculam mittentem aera minuta duo.

ITALA PS.AVG.spec.82.(Weihrich,1887) Luc.21,2.

(pg.584,3) uidit autem et quandam uiduam et pauperculam mittentem aera minuta duo,

Lc 21,2
Mc 12,42

CHRY V,896

(900C) Duo aera minuta mulier uidua misit in arcam dei, et praelata est opulentis.

ITALA EVGENIVS T.(Vollmer,1905) Luc.21,1.2.
TAIVS

(pg.290,15)ut hos libellos velut duo minuta in gazophylacio templi domini conlocare

EUS-G 56 Lc 21,2-3

(596C) Audiuimus ex euangelica lectione ad insinuandum nobis opus misericordiae, cuiusdam inopis viduae duo aera minuta diuitum thesauris fuisse praelata, cuius paruulum munus magnitudo fidei dilatauit. Quam nobilis ista paupercula,...

D) Itaque duo aera minuta in gazophylacium misit.

76.

ITALA GREG.M.evang.1,5.(Migne,1378) Luc.21,2.

2.(pg.1094A)valuit viduae duobus minutis.

22.

ITALA HIER.ep.145.(Migne,1864) Luc.21,2.1.

1(pg.1192)Vidua illa in Evangelio paupercula,quae duo minuta misit in Gazophylacium,cunctis praefertur divitibus quia totum quod habuit dedit.

26.

ITALA HIER.Matth.1.(Migne,1866) Luc.21,2.

5(pg.39C)et in alio,duo minuta.

83.

ITALA ISID. test. (Migne, 1862) app. 11. Luc. 21, 2.

10. (pg. 1206A) vidit autem et quamdam viduam pauperem mittentem aeramina duo,

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,3.

(pg.973) Et dixit:Vere dico vobis,quia vidua haec pauper,plus quàm omnes misit.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,3.

(pg.104) Et dixit:Vere dico vobis,quia vidua paupera haec plus omnium misit.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,3.

(pg.100) et dixit Vere dico vobis quia vidua haec paupercula plus quam omnes misit.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,3.

(pg.245) et dixit uere dico uobis quia uidua haec paupera plus omnibus misit

ITALA Cod. e(Belsheim,1896) Luc.21,3.

(pg.82)et dixit uere dico uobis quoniam uidua ista omnibus plus
misit in dona di.

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.21,3.

(pg.451) et dixit uere dico uobis quia uidua haec pauper plus omnibus misit.

ITALA Cod. ff² (Belsheim, 1887) Luc. 21, 3.

(pg. 95) Et dixit uere dico uobis uidua haec paupercula plus quam omnes misit.

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.21,3.

(pg.31)et dixit uere dico uobis paupera haec paupercula plus quam omnes misit

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.21,3.

dixit
(pg.234)Et uere dico uobis uidua haec paupercula plus qam
omnes misit

ITALA Cod.m(Belsheim,1899) Luc.21,3.

(pg.15)Et dixit:vere dico vobis,quia vidua haec paupercula
plus omnibus misit.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21,3.

(pg.105)Et dixit ihs uere dico uobis·uidua hec pauper cula
plus quam omnes misit·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,3.

(pg.615)et dixit uere dico uobis.uidua haec pauperoula plus omnibus misit.

ITALA Cod.s(Ceriani,1861)
(White,1886) Luc.21,3.

(pg.88) et ait uere dico uobis uidua paupera haec plus omnibus misit

ITALA

Cod. *l* (Rettig, 1836)

Luc. 21, 3.

(pg. 292) & dixit uere dico uobis q uidua paupercula ē plus quā omnibus misit

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,3.

(pg.278)et dixit uere dico uobis quia uidua haec pauper plus-
qua omnes misit

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,3.

(pg.134)&dixit uere dico uobis quia uidua hec pauper cula plus quam omnes missit

16.

ITALA AMB.paenit.2.(Migne,1880) Luc.21,3.

9,82(pg.538B)Haec vidua paupercula plus omnibus misit.

16.

ITALA AMB. vid. (Migne, 1880) Luc. 21, 3.

5, 27 (pg. 256A) Vidua haec plus omnibus misit.

AU s Lam 1,1 Lc 21,3

(102,45) / Nulla, inquit, plus dedit; et multi multa dederunt qui diuites erant; non dederunt amplius quam ista uidua, in dona dei, hoc est, in gazophylacium.

AU s Lam 5 Lc 21,3

(277,204) Videtis, inquit, hanc uiduam, et tunc illam attenderunt, Plus, inquit, misit in dona dei quam illi divites magna ex magno.

208) Plus, inquit, misit in dona dei quam illi divites.

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.21,3.

(pg.194,21) et dixit:uere dico uobis,quia uidua haec pauper
plus quam omnes misit.

ITALA AVG. serm.78 (PL 39. 1842) Luc.21,3

6(pg.1898) Vidua haec magis omnibus misit:

ITALA . PS.AVG.spec.24.(Weihrich,1887) Luc.21,3.

(pg.412,12) et dixit:uere dico uobis,quia uidua haec paupercula plus omnibus misit.

ITALA PS.AVG.spec.82.(Weihrich,1887) Luc.21,3.

(pg.584,5) et dixit:uere dico uobis,quia uidua haec paupercula
plus omnibus misit:

CAE s 158,6 Lc 21,3

(612,26) vidua haec, quae duos numos obtulit, magis omnibus misit: /

quae W H[14]) om. cet.

duos numos obtulit) om. ʼʼ

magis) maius / 3

CAE s 182,3 Lc 21,3

(Mc 12,43)

(701,5) Amen dico vobis, nullus amplius misit in domum dei
quam ista vidua: /

amen) semel $Q^{3.8}$; bis μ

ITALA I. CYPRIAN, op.15. (Hartel, 1868) Luc.21,3.

(pg.385,3) amen dico uobis quoniam uidua ista omnibus plus misit in dona Dei.

plus omnibus FGv

25.

ITALA HIER.Ezech.14.(Migne,1884) Luc.21,3.

48(pg.486D)Vere dico vobis quia vidua haec pauper plusquam
omnes misit:

83.

ITALA ISID. test. (Migne, 1862) app. 11. Luc. 21, 3.

10. (pg. 1206A) dixit: Vere dico vobis quia vidua haec pauper plus omnibus misit.

VULGATA HETZENAUER,1906. Luc. 21,4.

(pg.973) Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: haec autem ex eo,quod deest illi,omnem victum suum,quem habuit,misit.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,4.

(pg.104) Omnes enim isti,de quo super illis fuit,miserunt in dona Dei:haec autem de exiguitate sua omnem facultatem suam,quam habebat,misit.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,4.

(pg.100) Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in dona dei: haec autem ex eo quod deest illi.omnem victum suum quem habuit misit.

ITALA.   Cod.d(Scrivener,1864)   Luc.21,4.

(pg.245)omnes enim isti de abundantias ua miserunt in munera dei haec autem de minimo suo omne substantiam suam quod habuit misit·

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21,4.

(pg.83)omnes enim isti de eo quod superfuit illis miserunt in dona di.haec autem de inopia sua omne quemcumque habuit uictum misit.

ITALA Cod. f (W-W., 1889/98) Luc. 21, 4.

(pg. 451) omnes enim hi ex eo quod abundauit illis. miserunt in munera dei. haec autem ex eo quod deest illi. omnem uictum suum quem habuit misit.

ITALA Cod.ff[2](Belsheim,1887) Luc.21,4.

(pg.95)nam omnes ex abundati miserunt in munera di haec aute
ex eo quod deest illi omnem uictum suum quem habuit
misit.

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.21,4.

(pg.31) nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera di.
haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum suum
quem habuit misit

ITALA Cod.1 (Haase, 1865) Luc.21,4.

(pg.234) Nam omnes hi·ex abundanti sibi·miserunt in dona di
haec autem ex eo·quod deest illi.omnem uictum suum·
quem habuit misit.

ITALA Cod.m(Belsheim,1899) Luc.21,4.

(pg.15)Omnes hi ex habundanti sibi miserunt in dona dei;haec autem ex eo quod deest illi,omnem victum quem habuit, misit.....

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21.4.

(pg.105)nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera
di·Hec autem ex eo quod deest illi omnem uictum suum·
quem habuit misit

ITALA - Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,4.

(pg.615)nam omnes ex eo quod habundabat illis miserunt in munera di haec autem de inopia sua omnem uictum suu quem habuit misit .....

ITALA Cod.s (Ceriani,1861) (White,1886) Luc.21,4.

(pg.88) omnes enim hi de exu perantia sua miserunt in dona di haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum quem.....

ITALA Cod./(Rettig,1836) Luc.21,4.

(pg.292)oms enim hi ex abundantia sibi miserunt in munera dI
hec h· ex eo quod deest illi omnē uictū quē habuit
misit

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,4.

(pg.278)nam omnes hii ex habundantiis sibi miserunt in munera
di haec aute ex eo qd deest illi omnem uictum suum
que habuit misit

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,4.

(pg.134) nam omnes hii exhabundantia sibi misserunt inmunera
di haec h·exeo quod deest illi omne uictu suu quem
habuit missit···

AU s Lam 4 Lc 21,4

(267,299) Integrum fuit uiduae illi quae duo minuta misit in gazophylacium.

ITALA AVG.spec.27.(Weihrich,1887) Luc.21,4.

(pg.194,22) nam et omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei:haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum suum,quem habuit,misit.

ITALA PS.AVG.spec.24.(Weihrich,1887) Luc.21,4.

(pg.412,14) omnes hi ex abundanti sibi miserunt in dona dei: haec autem ex eo quod deest illi,omnem uictum quem habuit misit.

ITALA PS.AVG.spec.82.(Weihrich,1887) Luc.21,4.

(pg.584,6) omnes enim hi ex abundanti sibi miserunt in dona dei,haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum, quem habuit,misit.

CAE s 158,6 Lc 21,4

(612,27) / quia reliqui divites erant, ex eo quod abundabat dederunt aliquid; illa vero totum quod habuit obtulit;

reliqui) + qui W /a

quod) + illis W /a

CAE s 182,3

Lc 21,4
(Mc 12,44)

(701,6) / illi enim de abundantia sua miserunt, haec autem totum quod habuit misit.

I.

ITALA CYPRIAN, op.15. (Hartel, 1868) Luc.21,4.

(pg.385,5) omnes enim isti ex eo quod abundauit illis miserunt in dona Dei. haec autem de inopia sua omnem quemcumque habuit uictum misit.

omnes...autem de om.S ex eo de eo W, deo G omne G quodcumqu.SG

25.

ITALA HIER.Ezech.14.(Migne,1884) Luc.21,4.

48(pg.486D)Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei:haec autem ex eo quod deest illi omnes victum suum quem habuit misit.

83.

ITALA ⁄ISID. test. (Migne, 1862) app. 11. Luc. 21, 4.

10. (pg. 1206A) omnes enim hi ex abundantia miserunt in dona Dei; haec autem ex eo quod deest illi, omnem victum quem habuit, misit.

MUT 3,3 Lc 21,4

(259/60) Ostende ergo sicut illa vidua: duos habuit obolos, et totum quod habuit misit, totum quod possidebat contulit.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,5.

(pg.973) Et quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus, & donis ornatum esset, dixit:

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,5.

(pg.104) Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus optimis et bonis extructum esset, dixit:.

ITALA   Cod.c.(Belsheim,1888)   Luc. 21,5.

(pg.100) Et quibusdam dicentibus de templo,quod lapidibus bonis et donis ornatum sit,dixit

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,5.

(pg.245)et quorundam dicentiu de templo quoniam lapidibus bonis ornata est et depositionibus dixit

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21.5.

(pg.83)et cum quidam dicerent de templo quoniam lapidibus bonis et donis exornatum est.Dixit

ITALA Cod.f(W-W.;1889/98) Luc.21,5.

(pg.451) et quibusdam dicentibus de templo. quod lapidibus bonis. et donis ornatum esset. dixit.

ITALA Cod.ff[2](Belsheim,1887) Luc.21,5.

(pg.95)Et quibusdam dicetibus de templo quod lapidibus bonis et donis ornatum est dixit

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.21,5.

(pg.31)Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis ornatum est.et dixit

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.21,5.

(pg.234) Et quibusdam dicentibus de templo·quod lapidibus bonis·et donis ornatum esset dixit;

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21.5.

(pg.105)Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis ornatum sit Dixit ihs·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,5.

(pg.615)et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis
et donis ornatum esse dixit.

ITALA Cod.s(Çeriani,1861)
(White,1886)

Luc.21,5.

(pg.88)

om.

ITALA Cod. ∫ (Rettig,1836) Luc.21,5.in.

(pg.292)de consummatione

ITALA Cod. /(Rettig,1836) Luc.21,5.

(pg.292)& quibusdā dicentibus de teplo q lapidib;bonis & donis ornatū esset dixit

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,5.

(pg.278)Et quib da dicenti tib(!) de templo quod lapidib
bonis et donis ornatum esset dixit

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,5.

(pg.135)&quibusdam dicentib;detemplo quod lapidib;bonis &donis
ornatu esset &dixit

VULGATA HETZENAUER,1906. Luc. 21,6.

(pg.974) Haec,quae videtis,venient dies,in quibus non relinquetur lapis super lapidem,qui non destruatur.

ITALA   Cod.a (Belsheim,1894)   Luc. 21,6.

(pg.104) Haec videtis:venient dies,in quibus non relinquetur lapis super lapidem in pariete hic,qui non destruatur.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,6.

(pg.100) Videtis haec,venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem hic in pariete qui non destruatur.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,6.

(pg.245)haec uidetis uenient dies in quibus non relinquetur
lapis super lapidem in pariete hic qui non destrua-
tur

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21,6.

(pg.83)haec uidetis uenient dies in quibus non relinquetur hic
lapis super lapidem qui non destruatur.

ITALA Cod.f(W-W.,1889/98) Luc.21,6.

(pg.451) haec quae uidetis uenient dies. in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.

ITALA Cod. ff²(Belsheim, 1887) Luc. 21, 6.

(pg. 95) haec uidetis uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem hic in pariete qui non destruatur.

ITALA Cod.1(Belsheim,1885) Luc.21,6.

(pg.31)haec uidetis uenient dies·in quib.non relinquetur lapis super lapidem hic in parietem qui non destruatur·

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.21,6.

(pg.234) Nonne uidetis haec.uenient dies in quibus non relincue-q
tur lapis supra lapidem in parietem·qui non destruatur

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21,6.

(pg.105)haec uidetis uenient dies in quibus non relinquetur
lapis supra lapidem hic in pariete qui non destruatur.

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,6.

(pg.615)haec quae uidetis uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem hic in pariete qui non destruatur

ITALA Cod.s(Ceriani,1861)
(White,1886) Luc.21,6.

(pg.88)uenient dies in quibus non relinquetur hic lapis supra
lapidem in parietem qui non destruatur

ITALA Cod./(Rettig,1836) Luc.21,6.

(pg.292)haec que uidetis uenient dies in quibus n̄ relinquetur lapis sup lapide q n̄ destruatur

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,6.

(pg.278)haec quar uidetis uenient dies in quib non relinque-
tur lapis super lapide qui non destruatur

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,6.

(pg.135)haec quae uidetis uenient dies inquib;nonrelinquetur
lapes sup·lapidem qui nondistruatur···

IIII.

ITALA AMB.Luc.10,6.(C.Schenkl,1902) Luc.21,6.

(pg.457,3)Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.

25.

ITALA HIER.Am.2.(Migne,1884) Luc.21,6.

5(pg.1039D)Venient dies,in quibus non relinguetur lapis super lapidem qui non destruatur.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,7.

(pg.974) Interrogauerunt autem illum, dicentes: Praeceptor, quando haec erunt, & quod signum cum fieri incipient?

S

ITALA

Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,7.

(pg.104) Interrogaverunt autem eum,dicentes:Magister,quando haec erunt? et quod signum,cum haec incipient fieri?

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,7.

(pg.100) Interrogaverunt autem illum dicentes Praeceptor,quando haec fient et quod signum cum futura erunt?

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,7.

(pg.246)interrogauerunt autem discipuli dicentes magister
quando haec erunt et quod signum aduentus tui

ITALA Cod. e(Belsheim, 1896) Luc. 21, 7.

(pg. 83) Interrogauerunt autem illum dicentes magister quando ista fient et quod signum quando incipient fieri.

ITALA Cod. f (W-W., 1889/98) Luc. 21, 7.

(pg. 451) interrogauerunt autem illum dicentes. praeceptor. quando haec erunt et quod signum cum fieri incipient.

ITALA Cod.ff² (Belsheim, 1887) Luc. 21, 7.

(pg. 95) Interrogauerunt autem illum dicentes preceptor quando haec erunt et quod signum cum futura erunt.

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.21,7.

(pg.31)interrogauerunt autem illum dicentes Praeceptor quando
haec fiunt et quod signum cum futura erunt.

ITALA Cod.1 (Haase,1865) Luc.21,7.

(pg.234) Interrogauerunt illum dicentes. praeceptor· quando haec fient. et quod signum ad uentus tui·

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21,7.

(pg.105)Interrogauerunt autem illum dicentes Preceptor quando haec erunt et qu^o^d signum cum futura erunt haec·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,7.

(pg.615).nterrogauerunt autem illum dicen.es praeceptor quando haec eru.. ....

ITALA

Cod. e (Ceriani, 1861)
(White, 1886)

Luc. 21,7.

(pg. 88) Interrogauerunt autem illum dicentes magister quando ergo haec erunt et quid signum cum haec erunt futura

ITALA Cod. ℓ (Rettig, 1836) Luc. 21, 7.

(pg. 292) intrrogauerunt h' illū dicentes magist t pceptor qn̄ ergo hec erunt & quod signum cum fieri hec Icipiant

ITALA Cod.aur.(Belsheim,1878) Luc.21,7.

(pg.278) Interrogauerunt aute illu dicentes praeceptor quando haec erunt et quod signu cum fieri incipient

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,7.

(pg.135) INterrogauerunt illu dicentes preceptor quando haec erunt &quod signu cum fieri incipient

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,8.

(pg.974) Qui dixit:Videte ne seducamini:multi enim venient in nomine meo,dicentes quia ego sum:& tempus appropin-quauit:nolite ergo ire post eos.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,8.

(pg.104) Ad ille dixit:Videte,nec seducamini:multi enim venient in nomine meo,dicentes,quia ego sum,et tempus adpropinquavit:nolite sequi post illos.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,8.

(pg.100) Quibus ipse dixit Videte ne seducamini:multi enim
venient in nomine meo,dicentes Ego sum Christus
et tempus appropiavit:nolite ire post illos.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,8.

(pg.246)ad ille dixit uidete ne erretis multi enim uenient in
nomine meo dicentes quia ego sum et tempus adpropiauit
ne abieritis post illos

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21,8.

(pg.83)ille autem dixit uidete ne erretis.multi enim uenient in nomine meo dicentes quoniam ego sum xps et multos seducent et tempus adpropinquauit nolite ire post illos.

ITALA Cod. f(W-W., 1889/98) Luc. 21, 8.

(pg.451) ad ille dixit. uidete ne seducamini. multi enim ueni-
ent in nomine meo dicentes. quia ego sum et tempus ad-
propinquauit nolite ergo ire post illos.

ITALA Cod.ff² (Belsheim, 1887) Luc.21,8.

(pg.95) Qui autem dixit uidete ne seducamini multi enim uenient in nomine meo dicentes quod ego sum xps et tempus adpropiauit nolite ire post illos.

ITALA Cod.i(Belsheim,1885) Luc.21,8.

(pg.31)qui autem dixit Uidete ne seducamini·multi enim uenient
in nomine meo dicentes quod ego sum XPS.et tempus ap-
propinquauit nolite ire post illos

ITALA Cod.1(Haase,1865) Luc.21,8.

qui dixit;

(pg.234) Uidete ergo ne seducamini multi enim uenient in nomine meo dicentes.quod ego sum xps et tempus adpropiauit nolite ire post illos.

ITALA Cod.q(White,1888) Luc.21,8.

(pg.105)ille autem dixit·uidetene seducamini·multi enim ueni-
ent in nomine meo dicentes quod ego sum xps et tempus
adpropiauit- nolite ergo ire post illos·

ITALA Cod.r(Abbott,1884) Luc.21,8.

(pg.617)... dixit uidete ne seducam....... enim uenient in nomine meo ......es ego sum xps et tempus propi.....it nolite ergo ire post illos.

ITALA Cod.s (Ceriani, 1861)
(White, 1886) Luc. 21, 8.

(pg.88) ad ille ait uidete ne seducamini multi enim uenient
in nomine meo dicentes quia ego sum xps et tempus
proximum est nolite ire post eos

ITALA Cod. γ (Belsheim, 1879) Luc. 21, 8.

(pg. 118) vg: tempus appropinquavit; γ: temp. adpropinquabit c. d e l.

ITALA Cod. /(Rettig. 1836) Luc. 21. 8.

(pg. 292) qui dixit uidete ne seducamini multi enim uenient in nomine meo dicentes q ego sum & tempus adppinqabit ne ergo eatis post illos

ITALA		Cod.aur.(Belsheim,1878)		Luc.21,8.

(pg.278)qui dixit uidete ne seducamini multi enim uenient
in nomine meo dicentes quia ego sum xps et tempus
adpropinquauit

ITALA Cod.gat.(Heer,1910) Luc.21,8.

e

(pg.135) qui dixit uid te nesoducamini multi ~~ii~~ innomine meo
dicentes quia ego sum xps &tempus adpropinquauit
nolite ergo ire post illos

16.

ITALA AMB.fid.5.(Migne,1880) Luc.21,8.

16,207(pg.719B) Videte ne seducamini.Multi enim venient in nomine meo,dicentes quia ego sum Christus;

69.

ITALA CASSIODOR, hist. 1. (Migne. 1848) Luc. 21, 8.

13. (pg. 905B) Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum, et tempus prope est, et multos errare facient: ne ergo eatis post eos.

III.
ITALA TERTVLL.Marc.4,39.(Kroymann,1906) Luc.21,8.

(pg.552,21)uenient (-) illi dicentes:ego sum Christus:

III.

ITALA TERTVLL. Marc. 5, 1. (Kroymann, 1906) Luc. 21, 8.

(pg. 569, 15) ego sum Christus.

VULGATA HETZENAUER, 1906. Luc. 21,9.

(pg.974) Cum autem audieritis praelia,& seditiones,nolite terreri:oportet primum haec fieri,sed nondum statim finis.

ITALA Cod.a (Belsheim,1894) Luc. 21,9.

(pg.104) Cum autem audieritis bella,et separationes;nolite terreri:oportet enim haec fieri primum,sed nundum erit finis in illis.

ITALA Cod.c.(Belsheim,1888) Luc. 21,9.

(pg.100) Cum autem audieritis proelia et sediciones,nolite terreri:oportet enim haec primum fieri,sed non statim finis.

ITALA Cod.d(Scrivener,1864) Luc.21,9.

(pg.246)cum autem audieritis pugnas et dissensiones ne timueritis oportet enim fieri hoc primum sed non continuo finis

ITALA Cod.e(Belsheim,1896) Luc.21,9.

(pg.83)Cum coeperitis autem uidere bella et turbationis nolite expauescere oportet enim ista fieri primo sed non continuo fines.

ITALA

Cod.f(W-W.,1889/98)

Luc.21,9.

(PC.452) cum autem audieritis praelia et seditiones nolite terreri. oportet enim haec primum fieri sed nondum est finis

ITALA Cod. ff[2] (Belsheim, 1887) Luc. 21, 9.

(pg. 95) Cum autem audieritis proelia et seditionis(!) nolite terreri oportet haec primum fieri sed nondum statim finis illis.

ITALA Cod.i (Belsheim,1885) Luc.21,9.

